



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
 CHRISTI
 348.

CONCILIVM^b CARTHAGINENSE
^cPRIMVM, ^dTEMPORE IVLII
 PRIMI PAPÆ.

Est vero prouinciale, probatum a Leone IV.
 dist. 20. c. de libellis.

TITVLI CAPITVLORVM.

- | | |
|--|--|
| I. <i>Vt baptismum in Trinitate susceptum non iteretur.</i> | <i>ante redditam rationem clerici non ordinentur.</i> |
| II. <i>De martyrum sepulcris & honorificentia.</i> | IX. <i>Vt laici clericos actores, vel ratiocinatores sibi non constituent.</i> |
| III. <i>Vt clerici & sanctimonialis femina cum extraneis viris vel feminis non habitent.</i> | X. <i>Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines usurpet.</i> |
| IV. <i>Vt clerici cum viduis vel aliis extraneis personis non commorentur.</i> | XI. <i>De clericis contumacibus, & de numero iudicantium presbyterorum & diaconorum.</i> |
| V. <i>Vt clerici vel laici in alterius ecclesia non ordinentur.</i> | XII. <i>Vt pacta inter episcopos iniuncta custodiantur.</i> |
| VI. <i>Vt clerici actus secularium, vel procuraciones non suscipiant.</i> | XIII. <i>Vt non liceat clericis fenerrari.</i> |
| VII. <i>Vt clerici vel laici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui episcopi.</i> | XIV. <i>Vt laici contemptores Canonum excommunicentur, clerici vero honore priuentur.</i> |
| VIII. <i>Vt implicati negotiis alienis</i> | |

CONCILII PRIMI CARTHAGINENSIS
 exordium.

CVM^e Gratus episcopus Carthagenensis in Concilio vna cum collegis suis confedisset, & qui ex diuersis prouinciis Africanis ad Carthagenem conuenerunt, Felice^{*} Baianensi, Fortunatiano Raptano, Crescente Vagensi, Vindiciano Labobricensi, Abundantio Adrumetino, Priuato Vegesilitano, Gaudentio^{*} Tusdritano, Patricio^{*} Sincensi, Quietio Vticensi, Rumulo Tebestensi,

* Bizaccenens.

* Turritano,
 * Setien-
 s,
 * Simi-
 tuens.